

COLLATIO
DE COELI-
BATV MINISTRO-
RVM CATHOLICAE ECCLE-
siæ, Anno Dñi M. D. LXV. 15. Ca-
lenda. Octo. habita Offenburgi
per Cornelium Eselsperger
Presbyterum.

Huic accessit eiusdem argumenti Corollarium
D. Guil. Lorichij.



COLONIAE
Apud Maternum Cholinum,
Anno M. D. LXX.



2

VENERA-

BILIBVS CATHO-
LICÆ FIDEI ATQVE SYN-
CERAE PIETATIS CVLTORIBVS,
Presbyteris, fratribus suis in Christo dilectissimis,
Cornelius Eselsberger, Presbyter indignus,
ueram in Domino Iesu Salutem
dicit plurimam.



Ræclarum est (viri fratres) nomen, quod gerimus, sacerdotale: Dignitas præclarior: officij vero, à quo tatus nominis ac dignitatis splendor in nos est deriuatus, munera sunt equidem præclarissima.

Sacerdotibus enim animarum curandarū sollicitudo commissa est: qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinētes, pro peccatis omnium, velut pro suis infatigabiliter supplicāt Deo, ac, velut quidam Aaron, incensum contriti cordis, & humiliati spiritus of

*Verba sunt
E. Prospes
ri libro 2. de
vit. cōtemp.*

capite 2.

A 2 ferent

DE COELIBATV

iudicio Catholicæ , meq; meaq; semi-
per & vbiq; subiecta esse, quam firma
confessione me credere profiteor , v-
nam, sanctam, Catholicam, & Aposto-
licam : aduersus quam nec inferorum
portæ sint vñquam præualituræ. Igitur
ô Hierusalem ciuitas Dei, castigauit te
Dominus in operibus manuum tua-
rum, Confitere Domino in bonis tuis,
& benedic Deum seculorum, vt reædi-
ficeret in te tabernaculum suum, & reuo-
cet ad te omnes captiuos , & gaudeas
in omnia secula seculorum. Luce splé-
dida fulgebis, & omnes fines terræ ado-
rabunt te. Maledicti erunt qui contem-
rint, & condemnati erunt omnes qui
blasphemauerint te. Tu autem lætabe-
ris in filijs tuis , quoniam omnes benc-
dicentur , & congregabuntur ad Do-
minum. Beati omnes qui diligunt te, &
gaudēt super pace tua. Benedictus Do-
minus qui exaltauit eam, & sit regnum
eius in seculorū super eam, Am.

C O R O L .